

rei testimonium præsens sriptum vobis mitto mei sigilli munimine consignatum. Datum Nycøping Anno Domini M.CC.XCIIII. in festo beati Lucae Evangelistæ.

Sigillet är derunder aftecknadt.

1122.

1294 d. 30 Nov.

Strö.

Westgötha Lagmannen BENGTs bref för åboerne i Åby, m. fl. om begagnande af Wartofta skog.

J. 7. 44r. v.

Omnibus Christi fidelibus præsentibus Literas visituris et auditoribus BENE-DICTUS Legifer vesgotorum, Salutem in Domino sempiternam. Tenore præsentium constare volumus vniversis, nos discretis omnibus abitantibus in Åby, Rynistadher, Hoffgiardi, Lundby, Rökinggi, Tundderstadher, Hagaby torp, Cumblaby, Thengustadhir, agurstadhir, gramstadhir, Säby, de nemoribus nostris in Wartop häred, Lok et Löph Lingna quam subertus iacencia, et pasqua pecorum, libere concessisse. In cuius rei Testimonium Sigillum meum præsentibus est appensum. Datum Strö. Anno Domini M.CC.XC. quarta in die beati Andreæ Apostoli.

Sigillet är derunder tecknadt.

1123.

1294 d. 13 Dec.

Läckö.

Biskopen BRYNOLES i Skara bref angående utbyte af gårder i Seglora och Hadweth till Caniken Mag. Bengt mot dess prebendegods i Björnkälla och den så kallade proste-afgiften.

A. 3. z. 1.

Vniuersis presens scriptum visuris sev auditoribus. BRÛNIULPUS diuina Miseracione scarensis Episcopus. Salutem in domino sempiternam. Notum facimus tam posteris quam presentibus vniuersis. Nos cum Dilecto canonico nostro Magistro benedicto, canonicorum nostrorum communicato consilio & consensu commutationem quandam perpetuo duraturam contraxisse sev fecisse per hunc modum. videlicet quod eidem magistro benedicto & singulis suis successoribus Curias nostras sæghlorær, & hadweth, cum colonijs, & molendinis, agris, pratis. silwis. piscarijs, ac ceteris pertinencijs suis jntra sepes & extra. bonis tantum mobilibus jn sæghlorum nobis retentis. irreuocabiliter dimisimus. Recipientes nostro, ecclesie nostre, & successorum nostrorum nomine. a prefato magistro benedicto colonias prebende sue jn býarnkellom, & modium prepositi qui dicitur prouastergipt jn wazbo, pro recompensacione sev refusione. curiarum ipsarum ac bonorum omnium predictorum. Ne igitur super

commutacione predicta, aliqua possit jn posterum dubietas seu calumpnia suboriri. Sigillum nostrum, & sigillum Capituli nostri presentibus sunt appensa. Datum Lækký. Anno Domini M°,CC°,XCIII°. jn die beate lucie virginis.

Sigillen 1, 2, skadade.

1124.

1295.

Fallandafors.

Caniken i Linköping, Prosten i Njudingen HÅKANS testamentariska anordning om sin qvarlåtenskap.

B. 3. 62.

JN NOMINE DOMINI AMEN. Anno incarnationis eiusdem. Millesimo CC nonagesimo quinto. Ego HAQUINUS canonicus lincopensis. prepositusque de nyudhungia corpore licet debilis. tocius tamen mentis & sensus compos atque sanus meum jn hunc modum condo testamentum. Jn primis michi ob remissionem meorum peccaminum confero ecclesie lincopensi duas curias. videlicet. stafsio & brundzrydh cum omnibus suis attinencijs prope uel remotis. Excepta illa parte mobilium quam villici possident in eisdem. Jta tamen quod dominus lincopensis aliam ad suam mensam retineat. & alteram assignet fabrice lincopensi. Pro quibus dictus dominus lincopensis in missis animarum. meam respiciat animam prout sibi deus duxerit inspirandum Jtem confero eciam ecclesie lincopensi quartam partem Octonarij quam emi in aby. jta quod ad prebendam pertineat beate katerine si persona canonicè ibi instituta. in primo anno obitus mei pro anima mea quinquaginta duas missas animarum celebrari fecerit. Alioquin per dominum meum lincopensem ordinetur. Preterea confero ecclesie. decretum. decretales cum glosa ordinaria. Jtem vetus digestum cum glosa magistri Azonis & quoddam psalterium glosatum, Domino meo lincopensi confero vnum ambulatorem nigrum. Domino beroni canonico lincopensi confero XI Marchas den. quas michi tenetur pro illa quarta parte octonarij in aby. Jnsuper & vnum cornu Claustro noueuallis confero vnum octonarium wiste in villa biergheme & vnum equum & caldarium braxatium pro VII marchis emptum vbi michi eligo sepulturam. Preterea pro redempcione crucis assumpte solueram triginta libras sterlingorum nouorum quorum medietatem recognosco fratrem meum possidisse pro quibus supplementum deducat de curia mea fallandafors ex indiuiso Similiter quia jdem frater meus promisit me arma mea suprascripta. & eciam inferius vtpote libros dictos & dicendos libere conferre pro mee libito voluntatis. cum eosdem mecum pro parte media possidisset. volo quod ipse arma sua vna cum dextrario libere habeat a cuiuscumque inpeticione Exinde